

Vale, mi Erasme charissime; quem ego spero fore vt Caleti propediem praesens praesentem in hoc Regum congressu complectar. Hodie appellit Imperator. Cras summo mane Rex in occursum 95 prodibit, imo fortassis hac ipsa nocte quae iam nunc appetit. Non credas quanto gaudio, non dico Regis ac procerum, sed populi quoque, sit acceptus nuncius per quem constabat Imperatorem huc appellere. Iterum vale e Cantuaria pridie pentecostes.

Quiddam est, mi Erasme, de quo si mihi notus esset Viues, ad- 100 monerem illum. Nunc quoniam haud certus sum quo animo acciperet ab ignoto tam importunum officium, ipse potes per occasionem submonere, esse in Aedibus legum atque item in eius Somnio (quod alioqui multorum superat peruigilatas vigilias) abstrusiora quaedam quam vt pateant nisi doctissimis; quum fuerit in rem litterariam 105 vtile illius omnia quam plurimis intelligi. Ei rei vel explicando vel adiectis in margine breuissimis scholiis facile mederi fuerit. Addet item plurimum lucis Declamationibus, si breuibus historiae summam complexus vel vna pagella praeponat.

Iterum vale. [Anno M.D.XIX.]

11061107. TO THOMAS MORE.

Epistolae selectae, 1520, f<sup>o</sup>. M<sup>s</sup> v<sup>o</sup>. (a).

<Louvain.>

F. p. 522: HN: Lond. xiii. 38: LB. 496.

<June 1520.>

[It is easy to assign an approximate date from Ep. 1106, and the indication of Erasmus' illness (l. 13).]

ERASMVVS ROTERODA. THOMAE MORO SVO S. D.

NAE ad istius exemplum peruersissimo iudicio videmus esse patrum vulgus. Corpori liberorum anxie prospiciunt, animi possessionibus neglectis: cum frustra, imo cum suo malo, possideant opes qui nesciunt vti. De puero nec ago gratias, nec tu noui quicquam fecisti, cum nunquam non sis tui similis.

De Lodouici Viuis ingenio gaudeo meum calculum cum tuo sentire. Is vnus est de numero eorum qui nomen Erasmi sint obscuraturi. Nec aliis tamen aequae faueo, et te hoc nomine magis

1106. 108. a F Corrig. : hystoriae F. 109. Anno M.D.XIX add. H. 1107. 2. animi a H: animae F. 3. possideat F. 4. nesciat F. 8. aliis a: alii H. aequae a: om. F: magis F Corrig.

1106. 93. Caleti] Henry crossed to Calais 31 May for the meeting with Francis at the Field of the Cloth of Gold, 7 June: see Brewer iii, pp. lxxvii-lxxvi. At first his head-quarters were at Guines; but on 25 June he moved into Calais to prepare for a meeting with Charles. On 10 July the Emperor arrived at Wael, where Henry met him. The night was spent at Gravelines, and next day they rode together into Calais.

On 14 July Charles set out for Bruges and Ghent, and Henry soon afterwards returned to England. For Erasmus' presence at Calais see p. 296.

95. Imperator] Cf. Ep. 1079. 9n.

103. Aedibus legum] One of the later items in the *Opuscula varia* (Ep. 1108. 7n).

Somnio] See Ep. 1108. 202n.

108. Declamationibus] See l. 21n.

1107. 8. obscuraturi] A favourite form

amo, quod huic tam candide faues. Est animo mire philosophico.  
 10 Heram illam cui sacrificant omnes, litant perpauci, fortiter contemnit.  
 Et tamen tali ingenio, talibus litteris non potest deesse fortuna.  
 Non alius magis idoneus qui profliget sophistarum phalanges; in  
 quorum castris diu meruerit. Adero Caleti, si valetudo suppetet, vt  
 amicis omnibus extremum complectar ac vale dicam. Bene vale,  
 15 amice incomparabilis. [Anno M.D.XIX.]

1108<sup>IIII</sup> FROM JOHN LOUIS VIVES.

Epistolae ad diuersos p. 639.

Bruges.

HN : Lond. xvii. 10 : LB. 610.

4 June (1520).

[The year-date is given by Ep. IIII. Vives' arrival in Paris must be dated between 2 May 1520 (BE.<sup>4</sup> 67) and c. 14 May; for by 17 May Budaeus had reached Ardres (BE.<sup>4</sup> 69). He stayed on after Budaeus' departure, left Paris c. 30 May, and then after five days on the road reached Bruges on 3 June.]

IO. LOD. VIVES DES. ERASMO ROTEROD., PRAECEPTORI  
 SVO, S. D.

PROGRESSO mihi cum Card. Croio ad fines ditionis nostri Principis,  
 Erasme mi longe doctissime et optime, libuit proximam ingredi  
 Franciam, et paruis paucisque itineribus Parisios ire; vt et eos  
 inuiserem qui ex vetere mea familiaritate atque amicitia illic  
 5 supersunt, et nouos mihi asciscerem amicos, quibuscum praesens  
 verbis coniunctioneque vitae et absens suauissime literis oblectarer.  
 Illud perincommode rebar accidisse, quod eo tempore aduersum  
 Pseudodialecticos scripsissem, eosque nominatim Parrhisienses; vnde  
 non dubitabam quin multos illius notae homines quos modo sophistas  
 10 appellant, animo parum in me propitio sensurus essem. Verum re  
 ipsa longe aliud sum expertus quam ipse mihi nimis profecto  
 meticulosa et suspicaci cogitatione confinxeram.

Venio Parrhisios de via non fessus sed oblectatus, et amicis per  
 famulum significo me adesse. Conuolant ad me frequentes, salutant  
 15 officiose, gratulantur aduentui. Ducunt et illi ad me alios postridie

1107. 12. phalangas F.  
 etarem F.

15. Anno M.D.XIX add. H.

1108. 6. H : oble-

of compliment with Erasmus; cf. Epp. 605. 34, 646. 12, 903. 11, 905. 21-2, 935. 61-2, 967. 46-8, 1004. 39, 1146. 22, 1159. 37, 1175. 15.

1107. 13. Adero Caleti] See p. 296.

valetudo] Probably an indication that he was already ill; cf. p. 283.

1108. 1. Card. Croio] See Ep. 647 introd.

4. vetere mea familiaritate] In the years c. 1509-14: see Ep. 927 introd.

7. aduersum Pseudodialecticos] The last item in the *Opuscula varia*, Louvain, Th. Martens, s. a.: in the form of a letter to John Fortis (l. 18n), dated

13 Feb. 1519 (? 1520) from Louvain. After expressing regrets at being unable to come to Paris as he had hoped, Vives quotes the opinion that the barbarous sophistries still reigning in the University are largely due to the Spanish students there, 'qui, vt sunt homines inuicti, ita fortiter tuentur arcem ignorantiae'. From the suggestion here and in Ep. 1106. 64 seq. that the letter was a recent composition, and from its place at the end of the book, it seems probable that the date of publication must be 1520, and not, as proposed in Ep. 927 introd., 1519.